

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tullii Ciceronis|| Epistolae Familiares.||

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1565

Liber III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724041](#)

consequar, si ad me in Ciliciam ueneris. quod ego
& mea, & reip. & maxime tua interesse arbitrор. Vale,

CICERONIS EPISTOLARVM,

AD APPIVM, LIBER III.

ARGUMENTVM.

Totus est hic liber ad Appium P. Clodii fratrem, cum quo post inimicitias in gratiam redierat. in hac autem epistola scribit de duobus Appii libertis, Phania, & Cilice. interserit quaedam de sua benevolentia. in extremo commendat Valerium iurisconsultum cum ioco familiari.

M. Cicero s. d. Appio Pulchro imp.

Appio gratifi-
catur in liberti-
lante, & simul
excusat breui-
tatem litterarū
suatum.

possunt lenim i
alienas manus
littere perue-
nire.

ut aliquid ego
quoque tibi si-
gnificem.

I IPSA resp. tibi narrare posset, quo
modo se habet; non facilius ex ea co-
gnoscere posses, quā ex liberto tuo Pha-
nia: ita est homo non modo prudens, uerum etiam,
quod uidi, curiosus. quapropter ille tibi omnia
explanabit. id enim mihi & ad breuitatem est
aptius, & ad reliquias res prouidentius. De mea
autem benevolentia erga te et si potes ex eodem
Phania cognoscere, tamen uidentur etiam ali-
quae meae partēs. Sic enim tibi persuade, ca-
rissimum te mihi esse cum propter multas suauita-
tes ingenij, officij, humanitatis tuae; tum quod
ex litteris tuis, & ex multorum sermonibus intel-
ligo, omnia, quae a me profecta sunt in te, tibi
accidisse gratissima. quod cum ita sit; perficiam
profecto,

profecto, ut longi temporis usuram, qua cārui-
mus, intermissa nostra consuetudine, & gratia,
crebritate, & magnitudine officiorum meorum
sarciam. idq. me, quoniā tu ita uis, puto nō inūita
Minerua esse facturum: quam quidem ego si forte
de tuis sumpsero, non solum Pallada, sed etiā Ap-
piada nominabo. Cilix, libertus tuus, antea mihi
minus fuit notus; sed, ut mihi reddidit a te litteras,
plenas & amoris, & officij, mirifice ipse suo
sermone subsecutus est humanitatem litterarum
tuarum. iucunda mihi eius oratio fuit, cum de ani-
mo tuo, cum de sermonibus, quos de me haberet
quotidie, mihi narraret. quid quaeris? biduo fa-
ctus est mihi familiaris, ita tamen, ut Phāniam
ualde sim desideratus. quem cum Romam remit-
tes, quod, ut putabamus, celeriter eras facturus;
omnibus ei derebus, quas agi, quas curari a me uo-
les, mandata des uelim. L. Vālerium iurisconsultū
ualde tibi commendo, sed ita etiam, si non est iuris-
consultus. melius enim ei cauere uolo, quam ipse
alijs solet. ualde hominē diligo. est ex meis dome-
sticis, atque intimis familiaribus. omnino tibi agit
gratias: sed idem scribit, meas litteras maximū
apud te pondus habituras. id eum ne fallat, te e-
tiam atque etiam rogo. Vale.

cum uiueret P.
Clodius, Appii
frater, Cicero
nis inimicus.

hunc locum fa-
tis copiose in
scholiis expla-
nauimus.

qui ei familia-
rior erat, quam
Cilix. uide ep.
13.l.2.

hic est, ad que-
scribit epistola
ultimam lib. I,

quod ipse tua
sponte illū hu-
manissime tra-
ctaris.

A R G . Cum esset Appio successor in Ciliciae administra-
tione creatus, rogat eum, ut prouinciam sibi quam maxime
aptam, explicatamq. tradat, quo sit ei facilior administran-
di ratio.

E P I S T . L I E . III.

*artificiose exor-
ditur a dissimu-
latione cupidi-
tatis suac.*

significat, om-
nia se facturum
in prouincia,
quae ad Appii
dignitatem ipe-
cent, quo faci-
lius impetreret
ab eo quod de-
inceps petit.

ep. 5 l 6. & 6.
l. x. & 41. l. 13.
vide necessita-
tem.

vide commo-
dum.

vide modestiā
nominatim ni-
hil potentis.

vide artificium
ad colligendam
benevolētiām,
& excusandam
breuitatem lit-
erarum.

Cicero procos. s. d. Ap. Pulchro imp. 2
 C V M & contra uolūntatem meam, & p[re]a-
 ter opinionem accidisset, ut mihi cum imperio
 in prouinciam profici[re] necesse esset: in multis,
 & uarijs molestijs, cogitationibusq. meis haec
 una consolatio occurrebat, quod neque tibi ami-
 cior, quam ēgo sum, quisquam posset succede-
 re; neque ego ab ullo prouinciam accipere, qui
 mallet eam mihi quam maxime aptam, expli-
 catamq. tradere. quod si tu quoque eandem de-
 mea uoluntate erga te spem habes: ea te profe-
 cto numquam fallet. A te maximopere pro no-
 stra summa coniunctione, tuaq. singulari bu-
 manitate etiam atque etiam peto, & quæso,
 ut, quibuscumque rebus potes, (potes autem
 plurimis) prospicias, & consulas rationibus
 meis. uides ēx s. c. prouinciam esse habendam.
 si eam, quoad eius facere potueris, quamexpe-
 ditissimam mihi tradideris: f[ac]ilior erit mihi
 quasi decursus mei temporis. quid in eo genere
 efficere possis. tui cōsiliū est. ego te, quod tibi ue-
 niet in mentem mea interesse, ualde rogo. Plu-
 ribus uerbis ad te scriberem, si aut tua humanitas
 longiorem orationem exspectaret; aut id fieri no-
 stra amicitia pateretur; aut res uerba desideraret,
 ac non pro se ipsa loqueretur. hoc uelim tibi per-
 suadeas, si rationibus meis a te prouisum esse in-
 tellexero, magnam te ex eo, & perpetuam uo-
 luptatem esse capturum. Vale.

A R G.



A R G. Petit, quod in proxima superiore epistola, ut in tradenda prouincia cōmodet sibi quam maxime potest, prae- cipue ne numerum militum imminuat.

Cicero procos. s. d. Ap. Pulchro imp. 3

A D XI. Kal. Iun. Brundisium cum uezif- sem, Q. Fabius, legatus tuus, mihi praesto fuit, eaq. me extuis mandatis monuit, quae non modo mihi, ad quem pertinebant, sed uniuerso se- natui uenerant in mentem, praesidiō firmiori o- pus esse ad istam prouinciam. censebant enim o- mnes fere, ut in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur. id cum Sulpicius consul passurum se negaret; multa nos quidem que sti sumus; sed tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit: itaq. fecimus. Nunc, quod a te petij litteris ijs, quas Romae tabellarijs tuis dedi, uelim tibi curae sit, quae successori coniunctissimo, & amicissimo commodare potest is, qui prouinciam tradit, ut ea, pro nostra constantissima uoluntate erga te, cura, ac diligētia tua complectare: ut ömnes in- telligant, nec me benevolentiori cuiquam succe- dere, nec te amicio potuisse prouinciam trade- re. Ex ijs litteris, quarum exemplum ad me mi- sisisti, quas in senatu recitari uoluisti, sic intelle- xeram, permultos a temilites esse dimissos: sed mihi Fabius idem demonstrauit, id te cogitasse facere, sed cum ipse a te discederet, intégrum militum numerum fuisse. id si ita est; pergratum mihi feceris, si istas exiguae copias, quas ha-

ob metum Par- thici belli.

cui decreta e- rat Syriae admi nistratio, Cras- so a Parthis in terfecto.

a sua in illum benevolentia.

uide scholia a

ab hominum opinione.

falso. nam abe- rant cohortes tres. uide ep. 6.

F 4 buisti,



EPIST. LIB. III.

ab Appii prudē
tia, & sua in il
lum uoluntate;
cui parem ab
Appio uolunta
tem modeste
poscit.

buisti, quam minimum imminueris. qua de res. c.
quae facta sunt, ad te missa esse arbitror. equidem
pro eo, quanti te facio, quidquid feceris, appro
babo: sed te quoque confido ea esse facturum, quae
michi intelliges maxime esse accommodata. Ego C.
Pontinum, legatum meum, Brundisii exspecta
bam: eumq. ante Kal. Iun. Brundisium uenturum
arbitror. qui cum uenerit; quae primum nauigan
di nobis facultas data erit, ea utemur. Vale.

A R G. Exspectari a se scribit. L. Clodium cum Appii man
datis. mutuam benevolentiam, eiusq. caussas commemorat.

Cic. procos. s. d. Ap. Pulchro imp. 4

praefecto fa
brū. uide ep. 8.

studio uolun
tas, officio res
ipsa declaratur.

a testibus.

ab ipsa re. ep. 9.
& xi.

PRIDIE non. Iun. cum essem Brundisii, lit
teras tuas accepi; quibus erat scriptum, te L. Clō
dio mandasse, quae illum mecum loqui uelles,
eum sane exspectabam, ut ea, quae a te afferret,
quam primum cognoscerem. Meum studium erga
te, & officium tametsi multis iam rebus spero ti
bi esse cognitum, tamen in ijs maxime declara
bo, quibus plurimum significare potuero, tuam
michi existimationem, & dignitatem carissimam
esse. Mihi & Q. Fabius Virgilianus, & C.
Flaccus L. F. & diligentissime M. Octavius Cn.
F. demonstrauit, me a te plurimi fieri: quod
egomet multis argumentis iam antea iudicaram,
maximeq. illo libro augurali, quem, ad me aman
tissime scriptum, suauissimum misisti. mea in te
omnia summa necessitudinis officia constabunt.

nam

nam cum te ipsum , ex quo tempore tu me diligere coepisti , quotidie pluris feci : tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum . duos enim duarum aetatum plurimi facio . Cn. Pompeium , filiae tuae sacerum , & M. Brutum , generum tuum . collegijq. coniunctio , praesertim tam honorige a te approbata , non mediocre uinculum mihi quidem attulisse uidetur ad uoluntas nostras copulandas . Sed , si Clodium conuenero ; ex illius sermone ad te scribam plura ; & ipse operam dabo , ut te quamprimum uideam . Quod scribis , manendi tibi caussam eam fuisse , ut me conuenires : id mihi , ne mentiar , gratum est . Vale .

A R G . Agit Appio gratias , quod operam dederit , ut si bi expeditissimam prouinciam traderet . deinde rationem exponit itineris sui , quo certius de congressu statuere Appius possit .

Cic . procos . s . d . Ap . Pulchro imp . 5

T R A L L E S ueni ad vi . Kal . Sext . ibi mihi praestofuit L . Lucilius cum litteris , mandatisq . tuis : quo quidem homine neminem potuisti nec mihi amiciorem , nec , ut arbitror , ad ea cognoscenda , quae scire uolebam , aptiorem , prudentiorem ue mittere . ego autem & tuas litteras legilibenter , & audiui Lucilium diligenter . Nunc , quoniam & tu ita sentis ; (scribis enim , quae de nosris officijs ego ad te scripserim , et si ea iucunda fuerunt , tamen , quoniam ex alto repetiat sint , non necessaria te putasse) & re uera ,

con-

iam ante necesse
P. Clodii redie
rant in gratia ,
ut est in oratio
ne pro Milone .

erat enim au
gur uerque .
scripto ad me
libro . ep . 9 . &
xi .
quem exspecta
bat .

licet nihil te
mea caussa con
tra uoluntatem
meam uelim fa
cere .

captat beneuo
lentiam ab Ap
pii prudentia .



EPIST. LIB. III.

de
ci
po
g
fi
e
c
r
pu
i
fidē nominat,
quia redierant
in gratiam.

ut mihi expli-
catam prouin-
ciam traderes.
ep: 2.

gratum se fore
pollicetur.

personati age-
bāt histriones.
inde translatio-
clarus enim u-
terque, cum u-
terque consula-
ris, & augur es
f.

excusatio 1 mu-
tatione cōsiliij.

confirmata amicitia, & perspecta fidē, comme-
moratio officiorum superuacanea est: eam partem
orationis praetermittam. tibi tamen agam, ut de
beo gratias. animaduerti enim, & didici ex
tuīs litteris, te omnibus in rebus habuisse ratio-
nem, ut mihi consuleres. restitueresque, & praec-
parares quodammodo omnia, quo mea ratio faci-
lior, & solutior esse posset. hoc tuum officium cum
mihi gratissimum esse dicam; sequitur illum, ut
te existimare uelim, mihi magnae curae fore, at-
que esse iam, primum ut ipse tu, tuiq. omnes,
deinde etiam ut reliqui scire possint, me tibi es-
se amicissimum. quod quibus adhuc non satis est
perspectum, ij mihi nolle magis hoc animo nos
esse, quam non intelligere uidentur. sed profe-
cto intelligent. neque enim obscuris pēsonis,
nec paruis in caussis res agetur. sed hoc fieri me-
lius, quam dici, aut scribi, uolo. Quod itine-
rum meorum ratio te non nullam in dubitatio-
nem uidetur adducere, uisurus ne me sis in pro-
uincia: ea res sic habet. Brundisii cum loque-
rer cum Phania, libertotuo, ueni in eum ser-
monem, ut dicerem, me libenter ad eam par-
tem prouinciae primum esse uenturum, quo te
maxime uelle arbitrarer. tunc mihi ille dixit,
classe te uelle decadere: perfore accommodatum
tibi, si ad Sidam, maritimam partem prouin-
ciae, nauibus decessissem. dixi me esse facturum:
itaq. fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Car-
cyrae

eyrae dixisset, minime id esse faciendum: te Lao-
dicēae fore ad meum aduentum. erat id mihi
multo breuius, multoq. commodius, cum pree-
sertim te ita malle arbitrarer. tua ratio postea est.
commutata. nunc, quid fieri possit, tu facilli-
me statues. ego tibi meum consilium exponam.

Pridie Kal. Sext. puto me Lāodiceae fore: ubi
per paucos dies, dum pecunia accipitur, quae mi-
hi ex publica permutatione debetur, commora-
bor. deinde iter faciam ad exēcitem: ut circi-
ter idus Sext. putem me ad Iconium fore. sed si
quid nunc me fallit in scribendo; (procul enim
aberam ab re ipsa, & locis) simul ac progredi
coepero, quam celerrimis potero, et quam creber-
rimis litteris faciam, ut tibi nota sit omnis ra-
tio dierum, atque itinerum meorum. Óneris tibi
imponere nec audeo quidquam, nec debeo: sed,
quod tuo commodo fieri possit, utrisque nostrum
magni interest, prius ut te conueniam, quam
decedas. quam facultatem si quis cásus eripue-
rit; mea tamen in te omnia officia constabunt non
secus, ac si te uidissem. Tibi de nostris rebus ni-
hil sum ante mandaturus per litteras, quam de-
speraro, coram me tecum agere posse. Quod te a
Scaeūola petuisse dicis, ut, dum tu abesses, ante
aduentum meum prouinciae pree esset: eum ego
Ephesi uidi; fuitq. mecum familiariter triduum il-
lud quod ego Ephesi cōmoratus sū; nec ex eo quid
quam audiui, quod sibi a te mandatum diceret:

sane

quae Asiae
urbs prouincia
ingredientibus
prima occurrit.
ep. 6.

ep. 15. & 19.
lib. 5. ad Att.

qui praesidiū
causa in pro-
uincia solebat
esse.

non potuit ne-
que uerecun-
dius petere,
neque uehe-
mentius.

quod de Appii
uoluntate su-
spicatur, id in
casum confert.

Muciae gentis
cognomen.



sic locutus ep. sane uellem pōtuisse obsequi uoluntati tuae : non
1.1.7.ad Att. enim arbitror noluisse . Vale .

A R G . Ostendit , non per se , sed pro Appio stetisse , quo minus congrederentur : nihil tamen de sua erga illum bene-
uolecia detraetur .

Cicero procos . s . d . Appio
Pulchro imp .

iter utriusque
considerat .

epist . 5 .

honestiore sci-
licet , quam re-
liqui liberti .

inconstantiae
suae culpam in
clodii sermo-
nem reiicit epi-
stola superiori .

aliter esse , res
inedicauit .

C V M mēum factum cum tuo comparo ; et si non magis mihi saueo in nostra amicitia tuenda , quā tibi ; tamen multo magis meo facto delector , quam tuo . Ego enim Brūndisii quaeſui ex Phania , cuius mihi uidebar et fidelitatem erga te per-
spexisse , & nosse locūm , quem apud te his teneret , quam in partē prouinciae maxime putaret te uel le ut in succedendo primum uenirem . cum ille mihi respondisset , nihil me tibi gratius facere posse , quā si ad Sidam nauigasssem : et si minus dignatis habebat ille aduentus , et ad multas res mihi minus erat aptus ; tamen me ita dixi esse facturum . Idem ego cum L. Clōdium Corcyrae conuenissem , hominem ita tibi coniunctum , ut mihi , cum illo cum lo querer , tecum loqui uiderer : dixi ei me ita facturum esse , ut in eam partem , quā Phania rogasset , primum uenirem . tunc mihi ille cum gratias egisset , magnopere a me petiuit , ut Laodiceam protinus irem : te in prima prouincia uelle esse , ut quam primum decederes : quin , nisi ego successor essem : quem tu cūperes uidere , te antea , quam tibi successum esset , decessurum fuisse . quod quidem erat consentaneum cum ijs litteris , quas ego Romae ac ceperam

6

ceperā; ex quibus perspexisse mihi uidebar, quam festinares decadere. Respondi Clōdio, me ita esse facturum, ac multo quidem libentius, quam si illud esset faciendum, quod promiseram Phanōse. itaque & consilium mutavi; & ad te statim mēa manu scriptas litteras misi; quas quidem, ex tuis litteris intellexi, satis mature ad te esse perlatas. Hoc ego meo factō ualde delector. nihil enim potuit fieri amantius. considera nunc uicissim tuum.

Non modo ibi non fuisti, ubi me quāprimum uidere posses; sed eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad dcedendum lege, ut opinor, Cōnelia constituti es- sent: ut tuum factum illis, qui, quo animo inter nos simus, ignorant, alieni hominis, ut leuissime dicam, & fugientis congressum, meum uero coniunctissimi, & amicissimi esse uideatur. Ac mihi tamen ante, quam in prouinciam uenirem, redditae sunt a le litterae: quibus etsi te Tarsum proficiisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei conueniendi afferebas: cum interea, credo equidem maleuoli homines, (late enim patet hoc uitium, et est in multis) sed tamen probabilem materiem naēti sermonis, ignari meae constantiae conabantur alienare a te uolunta- tem meam; qui te forūm Tarsti agere, statue- re multa, decernere, iudicare dicerent: cum posses iam suspicari, tibi esse successum: quae ne ab ijs quidem fieri solerent, qui bre-

hic erat pae-
fectus fabrum
apud Appium.
ep. 8.

disputat contra
Appii factum,

lex Cornelia
magistratibus
dabat, ut, post
annuam prouin-
ciae admini-
strationem, per
mensē pae-
terea commo-
rari possent.

puto glossemata:
nec est in meo
libro.

ius dicere. ep.
8 l. 3. & ad Att.
ep. 16 l. 5. &
Festus.

ui



EPIST. LIE. III.

dixit , si quid
ageres , quasi
non crediderit
iis , qui ab eo
multa agi di-
cerent .

facta seditione
ep. 4. lib. 15.
epist. 3.

contra Amaniē
ses. ep. 10. 1. 2.
& 4. 1. 15. & ad
Att ep. 19. 1. 5.

conclusio cum.
benevolentiae
significatione .

ui tempore sibi succedi putarent . Horum ego sermone non mouebar : quin etiam , (credas mihi uelim) si quid tu ageres , leuari me putabam molētia : & ex annua prouincia , quae mihi longa uideretur , prope iam undecim mensum prouinciam factam esse gaudebam , si absenti mihi unius mensis labor detractus esset . Illud , uere dicam , me mouet , in tanta militum pāci-
tate abesse tres cōhortes , quae sint plenissimae ; nec me scire ubi sint . Molestissime autem fero , quod , te ubi uisurus sim , nescio ; eoq. ad te tardius scripsi , quod quotidie te ipsum exspecta-
bam : cum interea ne litteras quidem ullaς ac-
cepi , quae me docerent , quid ageres , aut ubi te uisurus essem . itaque uirum fortē , mihiq. in primis probatum , Antonium , praefectum euocatorum , misi ad te , cui , si tibi uideretur , cohortes traderes : ut , dum tempus anni esset ido-
neum , aliquid negotij gērere possem . in quo , tuo consilio ut me sperarem esse usurum , & amicitia nostra , et litterae tuae fecerant : quod ego ne nunc quidem despero . sed plane , quando , aut ubi te uisurus sim , nisi ad me scripseris , ne suspicari quidem possum . Egō , ut , me tibi amicissimum esse , & aequi & iniqui intelligent , curabo . de tuo in me animo iniquis secus existimandi uideris non nihil loci dedisse . id si correxeris , mihi ualde gratum erit . et ut habere rationem possis , quo lo-
co me , salua lege Cornelia , conuenias : ego inpro-
uinciam



uinciam ueni pridie Kal. Sext. iter in Ciliciam
facio per Cappadociam. castra moui ab Iconio
pridie Kal. Sept. nunc tu & ex diebus, & ex
ratione itineris, si putabis me esse conuenientem,
constitues, quo loco id commodissime fieri possit,
& quo die. Vale.

uide Ciliciam
fuisse partem
prouinciae.

ut ego quidem
puto. ep. 5.

ARG. Querellam Appii refellit: contraq. ipse queri-
etur, & ostendit se iuste queri, uirtutem extollens contra
inanem arrogantiam nobilitatis.

Cicero imp. s. d. Ap. Pulchro imp. 7

PLVRIBVS uerbis ad te scribam, cum
plus otij nacltus ero. haec scripsi subito, cum Bru-
ti pueri Laodiceae me conuenissent, & se Roman
properare dixissent. itaque nullas ijs, praeterquā
ad te, & ad Brutum, dedi litteras. Legati Ap-
piani mihi uolumen a te plenum querellae ini-
quissimae reddiderunt, quod eorum aedificatio-
nēm litteris meis impedissem. eadem epistola pe-
tebas, ut eos quam primum, ne in hiemem inci-
derent, ad facultatem aedificandi liberarem: &
simul peracute querebare, quodeos tributa exi-
gere uetarem prius, quam ego, re cognita, per-
missem: genus enim quoddam fuisse impediendi,
cum ego cognoscere non possem, nisi cum ad hie-
mem me ex Cilicia recepisse. ad omnia accipe,
& cognosce aequitatē expostulationis tuae. Pri-
mum, cum ad me aditum esset ab ijs, qui dicerent
a se intolerabilia tributa exigi: quid habuit ini-
quitatis, me scribere, ne facerent ante, quam ego
rem, caussamq. cognoscerem? Non poterām, cre-
do, obiectio cum
dissolutione.

longissimas lie-
teras ep. 30.
lib 12.
templū estrue-
re Appio. ut de
prouincia bene
merito, cogita-
bant.

confutationis
initium ab ae-
quitate.



EPIST. LIE. III.

do , ante hiemem . sic enim scribis . Quasi uero ad cognoscendum ego ad illos , non illi ad me uenire debuerint . tam longe inquis? quid? cum dabas ijs litteras , per quas mecum agebas , ne eos impedi rem , quo minus ante hiemem aedificarent ; non eos ad me uenturos arbitrabare ? tametsi id quidem fecerunt redicule . quas enim litteras afferebant , ut opus aestate facere possent ; eas mihi post brumam reddiderunt . Sed scito , et multo plures esse , qui de tributis recusent , quam qui exigi uelint ; & me tamen , quod te uelle existimem , es se facturum . De Appianis hactenus . A Pausania , Lentuli liberto , accenso meo , audiui , cum diceret , te secum esse questum , quod tibi obuiam non prodijsem . Scilicet contempsi te : nec potest fieri me quidquam superbius . Cum puer tuus

nox in tres uigilias distribuebatur , uigiliae in quaterna horarum spatia . Macrobius .
ep. 13.1.9.

a facto .

ab argumentis . cetera iam tibi nota sunt . An egō tibi ob ex gente patria claris maiori bus , summis honoribus perfundeo .

do , ante hiemem . sic enim scribis . Quasi uero ad cognoscendum ego ad illos , non illi ad me uenire debuerint . tam longe inquis? quid? cum dabas ijs litteras , per quas mecum agebas , ne eos impedi rem , quo minus ante hiemem aedificarent ; non eos ad me uenturos arbitrabare ? tametsi id quidem fecerunt redicule . quas enim litteras afferebant , ut opus aestate facere possent ; eas mihi post brumam reddiderunt . Sed scito , et multo plures esse , qui de tributis recusent , quam qui exigi uelint ; & me tamen , quod te uelle existimem , es se facturum . De Appianis hactenus . A Pausania , Lentuli liberto , accenso meo , audiui , cum diceret , te secum esse questum , quod tibi obuiam non prodijsem . Scilicet contempsi te : nec potest fieri me quidquam superbius . Cum puer tuus ad me secunda fere uigilia uenisset : isq. te ante lucem Iconium mihi uenturum nunciasset ; incertumque , utra uia , cum essent duae ; altera Varronem , tuum familiarissimum , altera Q. Léptam , praefectum fabrum meum , tibi obuiam misi ; mandaui utrique eorum , ut ante ad me excurrerent , ut tibi obuiam prodire possem . currens Lepta uenit ; mihiq. nunciavit , te iam casta praetergressum esse . confessim Iconium ue ni . cetera iam tibi nota sunt . An egō tibi ob ex gente patria claris maiori bus , summis honoribus perfundeo .

ge-

genere multo etiam ambitiosius facere soleam,
quam bonos meus, & dignitas postulet. Sed haec
hactenus. Illud idem Pausania dicebat te dixis.
se: Quid? Appius Lentulo, Lentulus Appio
processit obuiam. Cicero Appio noluit? Quaeſo,
etiam ne tu has ineptias, homo, mea sententia,
summa prudentia, multa etiam doctrina, pluri-
mo rerum usu, addo urbanitatem, quae est uirtus,
ut stoici rectissime putant, ullam Appie-
tatem, aut Lentulitatem ualere apud me plus,
quam ornamenta uirtutis, existimas? cum ea con-
secutus nondum eram, quae sunt hominum opi-
nionibus amplissima; tamen ista uestra nomina
numquam sum admiratus; uiros eos, qui ea uo-
bis reliquissent, magnos arbitrabar. postea uero
quam ita & accepi, & gessi maxima imperia,
ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad glo-
riam acquirendum putarem: superiorem quidem
numquam, sed parem uobis me sperauit esse fa-
ctum. nec mehercule aliter uidi existimare uel
Cn. Pompeium, quem omnibus, qui umquam
fuerunt, uel P. Lentulum, quem mihi ipsi ante-
pono. tu si aliter existimas; nihil errabis, si
paullo diligentius (ut, quid sit ἐξοχὴ, quid sit
δύεται, intelligas) Athenodorus, Sandonis fi-
lius, quid de his rebus dicat, attenderis. Sed, ut
ad rem redeam, metibi non amicum modo, uerum
etiam amicissimum existimes uelim. profecto o-
mnibus meis officijs efficiam, ut ita esse uere pos-

in Ciceronis
ignobilitatem.
naturalen si-
gnificat; quia
reparacione
de rerum usum
nomimat.

quasi Appius
nō sua, sed ma-
iorum uirtute
nobilis esset.
summus enim
honor consu-
latus, quem, op-
prella coniura-
tione, glorioſis
fime gesserat.

concludit a be-
nevolentia sua,
ut te nō tolum
cauſa, sed eiā
humanitate in
periorem ostendat.

G sis



sis iudicare. tu autem si id agis, ut minus mea caussa, dum ego absum, debere uidearis, quam ego tua laborarim: libero te ista cura.

Agamenonis
uerba apud Ho-
merum contra
Achille, II.1.1.

- παρέμοι γε καὶ ἄλλοι,

Oἰκὲ με τιμήσουτι, μόλις αὐτὸν τίτεται Ζεύς.

sin autem natura es φιλάγτιος: illud non persicies,
quo minus tua caussa uelim; hoc assequere, ut,
quam in partem accipias, minus laborem. Haec
ad te scripsi liberius fretus conscientia officij mei,
benevolentiaeque, quam a me certo iudicio suscep-
tam, quoad tu uoles, conservabo. Vale.

A R G. Querulis Appii litteris responderet cum excusatione sui facti; ipsumq; Appium aut impudentem significat, qui sermonibus iniquitatum credidit; aut nimis astutum, qui ea, quae ipsi in mentem uentant, aliis attribuat.

Cicero procos. s. d. Ap. Pulchro imp. 8

quid sit, ad ur-
bem esse, decla-
rat Asconius in
2. Verrina.
imminuto. sic
ep. x.1.9.

longior fuit.
quā cogitabat.

nōn enim ex-
uultu, & tac-
tumitate de cu-
i usquam an-
no possumus
certo iudicare.

E T S I , quantum ex litteris tuis intelligere
potui, uidebam te hanc epistolam, cum ad ur-
bem esses, esse lecturum, refrigerāto iam leuissi-
mo sermone hominum prouincialium: tamen,
cum tu tam multis uerbis ad me de improborum
oratione scripsisses, faciendum mihi putavi,
ut tuis litteris brēni responderem. Sed pri-
ma duo capita epistolae tuae tacita mihi quo-
dam modo relinquenda sunt: nihil enim ha-
bent, quod definitum sit, aut certum; nisi me uul-
tu, taciturnitate significasse, tibi non esse amicum;
idq; pro tribunali, cum aliquid ageretur, & non
nullis in conuiniciis intelligi potuisse. Hoc totum ni-

bil

bil esse, possum intelligere : sed, cum sit nihil, nec quid dicatur quidem intelligo . illud quidem scio, meos multos, & illustres, & ex superiore, & ex aequo loco sermones habitos cum tua summa laude, & cum magna significatione nostrae familiaritatis, ad te uere potuisse deferri . Nam quod ad legatos attinet, quid a me fieri potuit aut elegantius, aut iustius, quam ut sumptus egentissimarum ciuitatum minuerem sine ulla imminutione dignitatis tuae, praesertim ipsis ciuitatibus postulantibus? nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficiscentium notum non erat . Apameae cum essem, multarum ciuitatum principes ad me detulerunt, sumptus decerni legatis nimis magnos, cum soluendo ciuitates non essent . hic ego multa simul cogitaui . Primum, te, hominem non solum sapientem, uerum etiam, ut nunc loquimur, urbanum, non arbitrabar genere isto legationis delectari . idq. me arbitror Synnades pro tribunali multis uerbis disputauisse : pri-
mum, Appium Clodium senatui, populoq. R. non Myndensiū testimonio, (in ea enim ciuitate mentio facta est) sed sua sponte esse laudatum: deinde, me ista uidissem accidere multis, ut eorum causa legationes Romam uenirent; sed his legationibus non meminisse ullum tempūs laudandi, aut locum dari : studia mihi eorum placere, quod in te bene merito grati essent ; consilium totum uideri minime necessarium : si autem uellent declara-

QUESTUS ERAT
Appius de legatis a Cicero.
ne prohibitis .

ut tibi bene-
merito gratias
in senatu age-
ret infra haec
epistola .
a necessario .

ne uideatur re-
mere commo-
tus .

ab Appii laude.

ab ipsa re .

E P I S T . L I B . III .

re in eo officium suum ; laudaturum me , si quis suo sumptu functus esset officio ; concessurum , si legitimo ; non permissurum , si infinito . quid enim reprehendi potest nisi quod addis , uisum esse quibusdam edictum meum quasi consulto ad istas legationes impediendas esse accommodatum . Iam non tam mihi uidentur iniuria facere iij , qui haec disputant , quam si cuius aures ad hanc disputationem patent . Romae composui edictum . nihil addidi , nisi quod publicani me rogarunt , cum Samum ad me uenissent , ut de tuo edicto totidem uerbis transferrem in meum . diligentissime scriptum cap . t est , quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum : quo in capite sunt quaedam noua , salutaria ciuitatibus , quibus ego magnopere delector . Hoc uero , ex quo suspicio nata est , in exquisuisse aliquid , in quo te offenderem , translaticum est . neque enim eram tam desipiens , in priuatae rei caussa legari putarem , qui & tibi non priuato , & pro re non priuata sua , sed publica non in priuato , sed in publico orbis terrae consilio , id est , in senatu ut gratias agerent , mittebantur . Neque , cum edixi , ne qui innuissim meo proficiseretur , exclusi eos , qui me in castra , & qui trans Taurum persequi non possent . nam id est maxime in tuis litteris irridendum . qui enim erat , quod me persequerentur in castra , Taurum ue transierent ; cum ego Laodicea usque ad Iconium iter ita fecerim , ut me omnium illarum

is enim conuenientem quare
te uidetur .

quarum cōsuli
fortunis aequū
fuit .

Suet in Aug.
cap . 9
olteedit se non
potuisse per
ignorantiam
peccare .
ad Iconium .
epist . 6 .

ubi castra erāt .
ep . 5 . & 6 .



rum dioecesum, quae cis Taurum sunt, omniumq. earum ciuitatum magistratus legationesq. conuenirent? Nisi forte postea coeperunt legare, quam ego Taurum transgressus sum. quod erit non ita est. cum enim Laodiceae, cum Apameae, cum Synnадis, cum Philomeli, cum Ico ny essem; quibus in opid's omnibus commoratus sum: omnes iam istius generis legationes erant constitutae. Atque hoc tamen te scire uolo, me de isto sumptu legationum aut minuendo, aut remittendo decreuisse nihil, nisi quod principes ciuitatum a me postulassent, ne in uenditionem, tributorum, & illam acerbissimam exactiō nem quam tu non ignoras, capitum, atque ostiorū, inducerentur sumptus minime necessarij. Ego autem, cum hoc suscep̄sem, non solum iustitia, sed etiam misericordia adductus, ut leuarem miserijs perditas ciuitates, & perditas maxime per magistratus suos; non potui in illo sumptu non necessario negligens esse. Tu, cum istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debūisti credere. si autem eo genere delectaris, ut, quae tibi in mentem ueniant, alijs attribuas: genus sermonis inducis in amicitia minime liberale. Ego, si in prouincia de tua fama detrahere umquam cogitasse, non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum tuum Brundisii, neque ad praefectum fabrum Corcyrae, quem in locum me L Clodium. uenire uelles, retulisse. Quare potes, doctis.

Laodiceae bi-
duū, Apameae
dies quipue,
Synnādis tri-
duans Philome-
li dies quipue,
Ico ny decem.
ad Att. I 5. ep.
20 et si aliter
ep. 16. eiusdem
lib.

ab officio suo,

tacite accusat
Appū aut im-
prudentiae aut
maleuoli ani-
mi.

Phanizm. ep. 5.

L Clodium.

ep. 5.

G 2 finis



E P I S T . L I B . IIII .

uidentur esse
uerba ex Atti-
ci litteris .
ad Att. lib. 5.
ep. 26.
ep. 9.

ne colligam ea,
quae mihi de-
te dicta sunt .

qui fictis arti-
bus oppugnes
amicitiam no-
stram .

epovixos .
quid enim stul-
tius ?

Iaesus a me in
prouincia .

in alios , nō po-
tius , quā in te .
arri cione Ap-
pium excusat .

simis hominibus auctoribus , quorum sunt de ami-
citia gerenda praeclarissime scripti libri , genus
hoc totum orationis tollere : Disputabant ; ego con-
tradicerebant : Dicebant ; ego negabam . an mi-
hi de te nihil esse dictum umquam putas ? ne hoc
quidem , quod , cum me Laōdiceam uenire uo-
luisse , Taurum ipse transisti ? quod iisdem die-
bus meus conuentus erat Apameae , Synnadi ,
Philomeli , tuus Tarſi ? non dicam plūra ; ne ,
in quo te obiurgem , id ipsum uidear imitari . il-
lud dicam , ut sentio : si ista , quae alios loqui di-
cis , ipse sentis ; tua summa culpa est : si alij te-
cum haec loquuntur ; tua tamen , quod audis ,
culpa non nulla est . mea ratio in tota amicitia no-
stra constans . & graui reperietur . Quod si quis
me astutiorem fingit : quid potest esse cāllidius ,
quam , cum te absentem semper defendeſim , cum
praesertim mihi usu uenturum non arbitrarer ,
ut ego quoque absens ate defendendus eſſē , nunc
committere , ut tu iūre optimo me absentem de-
serere posses ? unum genus excipio sermonis , in
quo persaepe aliquid dicitur , quod te putem nolle
dici ; si aut legatorum tuorum cuiquam , aut
praefectorum aut tribunorum mil . male dicitur :
quod tamen ipsum non mehercule adhuc accidit
me audiente , ut aut grauius diceretur , aut in
plurēs , quam mecum Corcyrae Clodius est lo-
citus , cum in eo genere maxime quereretur
te aliorum improbitate minus felicem fuisse . hos
ego

ego sermones , quod & multi sunt , & tuam exi-
stimationē , ut ego sentio , non offendunt , laceſſui
numquam , sed non ualde reprēſſi . si quis est , qui ep. 1. lib. 8.
neminem bona ſide in gratiam putet redire poſ-
ſe ; non noſtrā ſide perfidiam coarguit , ſed indi-
cat ſuam : ſimulq. non de me is peius , quam de
te existimat . ſin autem quem mea iuſtituta in
prouincia non delectant ; & quadam diſſimilitū- uide ep. 13.1.2.
dine iuſtitutorum meorum , ac tuorum laedi ſe
putat ; cum uerque noſtrum recte fecerit , ſed
non idem uerque fecutus fit : hunc ego amicūm
habere non curo . liberālitas tua , ut hominis no-
bilissimi , latius in prouincia patuit ; noſtrā ſi an-
guliōr , & ſi de tua prolixa , beneficaq. natura
limauit aliquid poſterior annus , propter quandā
triftitiam tēporum ; nō debent mirari homines , liberalitatem
respuentium .
cum & natura ſemper ad largiendum ex alieno
fuerim reſtrictior , & temporibus , quibus alij mo-
uentur , iisdem ego mouear , me eſſe acerbum ſibi ,
cum ſim dulcis mihi . De rebus urbanis quod me
certiorem fecisti , cum per ſe , mihi gratum fuit ,
tum quod ſignificasti tibi omnia mea mandata cu-
rae fore . in quibus unum illud te praecipue rogo ,
ut cures , ne quid mihi ad hoc negotij aut oneris
accedat , aut temporis : Hortensiumque , no-
ſtrum collegām , & familiarem , roges , ut , ſi in auguratu .
umquam mea cauſa quidquam aut ſenſit , aut Phil. 2. & in
Bruto .
fecit , de hac quoque ſententia bimā decedat ;
qua mihi nihil potest eſſe inimicius . De noſtris ut prouinciae
ab iisdem recto
ribus per bien-
niū regeret .

rebus quod scire uis: Tarso nonis Oct. Amanum
uersus profecti sumus. haec scripsi postridie eius
diei, cum castra haberem in agro Mopsuestiae.
Si quid egero, scribam ad te: neque domum um-
quam ad meos litteras mittam, quin adiungam
eas; quas tibi reddi uelim. De Parthis quod
quaeris, suisse nullos puto. Arabes qui fuerunt,
admixto Parthico ornati, dicuntur omnes re-
uertisse. hostem esse in Syria negant illum. Tu
uelim ad me quam sapissime & de tuis rebus
scribas, & de meis, & de omni reip. statu;
de quo sum sollicitus eo magis, quod ex tuis lit-
teris cognoui, Pompéum nostrum in Hispaniam
quo absente in
firmitate videban-
tur partes opti-
matum ep. xi.
1.5 ad Att.

ARG. Appi litteris, humanissime scriptis, humanissi-
me & ipse respondet. gratulatur de triumphi spe. hortatur
ad abolitionem librorum anguralium. supplices petit.

Cicero imp. s. d. Ap. Pulchro.

VIX tandem legi litteras dignas Appio Clo-
dio, plenas humanitatis, officij, diligentiae. ad-
spectus uidelicet urbis tibi tuam pristinam urba-
nitatem reddit. nam quas ex itinere, ante quam
ex Asia egressus es, ad me litteras misisti, unas
de legatis a me prohibitis proficisci, alteras
de Appianorum aedificatione impedita, legi
perinuitus. itaque conscientia meae constantis
erga te uoluntatis rescripsi ibi subiratus. ijs
uero litteris lectis, quas Philotimo, liberto meo,
Appiu non sua dedisti, cognoui, intellexi. in prouincia multos
spote tuisse inti-
quiorem in te, suisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse
sed improboru-

epist. 7.

nollent; ad urbem uero ut accesseris, uel potius ut
primum tuos uideris, cognosce te ex ijs, qua in te
absentem fide, qua in omnibus officijs tuendis er-
ga te obseruantia, & constantia fuisse. itaque
quanti illud me aestimare putas, quod est in tuis
litteris scriptum? si quid inciderit, quod ad me-
am dignitatem pertineat, et si uix fieri possit, ta-
men te parem mihi gratiam relaturum. tu ue-
ro facile facies: Nihil est enim, quod stu-
dio, & benevolentia, uel amore potius effici non
possit. Ego, et si et ipse ita indicabam, & siebam
crebro a meis per litteras certior; tamen ma-
ximam laetitiam cepi ex tuis litteris de spē mi-
nime dubia, & plane explorata triumphi tui:
neque uero ob eam causam, quo ipse facilius
consequerer, (nam id quidem ètnoi'cipov est.)
sed mehercule, quod tua dignitas, atque ampli-
tudo mihi est ipsa cara per se. quare, quoniam
plures tu habes, quam ceteri, quos scias in hanc
provinciam proficisci, quod te adeunt fere omnes,
si quid uelis: gratissimum mihi feceris, si ad me,
simil atque adeptus eris, quod & tu confidis, &
ego opto, litteras miseris. longi subsellij, ut no-
ster Pompeius appellat, iudicatio, & morasi-
quem tibi item unum, alterum ne diem abstule-
rit: (quid enim potest amplius?) tua tamen di-
gnitas suum locum obtinebit. sed, si me diligis,
si a me diligi uis, ad me litteras, ut quam pri-
mum lactitia afficiar, mittito. Et uelim, reliquā partem. n. pro-
quod

opera signif.
cat.

odem modo,
diligere, minus
est, quam ama-
re ep 14.1.9. &
2. ad Brut.
ex tuis rebus
gestis.

Epicurei ad se
ipso omnia
retinebant.

senatum intelli-
git. senatus e-
num triumphū
dahat.



partem n. pro
missi iam prae
stiterat. ep. 4.
scribebat Ap-
pius de iure au-
gurali. ep. xi.
& Festus.
si gratus esse
uelo.

N, accepto ate
munere . nihil
xmittam .

pro rebus in A
mano gestis .
ep. 4. lib. 15.

quod est promissi , ac muneris tui , mihi persol-
uas . cum ipsam cognitionem iuris auguralis con-
sequi cupio : tum mchercule tuis incredibiliter
studijs erga me , muneribusq. delector . quod au-
tem a me tale quiddam desideras : sane mihi consi-
derandum est , quoniam te remunerer potissimum
genere . nam profecto non est meum , qui in scri-
bendo , ut soles admirari , tantum industriae po-
nam , committere , ut scribendo negligens fuisse
uidear ; praesertim cum id non modo negligentis ,
sed etiam ingrati animi crimen futurum sit . ue-
rum haec uidebimus . Illud , quod paliceris , uel-
lim pro tua fide , diligentiaque , & pro nostra
non instituta , sed iam inueterata amicitia cu-
res , enitare , ut supplicatio nobis quam honori-
ficienissime , quamprimumq. decernatur . Omni-
no serius misi litteras , quam uellem . in quo cum
difficultas nauigandi fuit odiosa : tum in ipsum
discessum senatus incidisse credo meas litteras .
sed id feci adductus auctoritate , & consilio tuo :
idq. a me recte factum puto , quod non sicut
ut imperator appellatus sim , sed , alijs rebus ad-
ditis , aestiuisq. confectis , litteras miserim . Haec
igitur tibi erunt curae , quemadmodum offendis :
meq. totum , & mea , et meos commendatos ha-
bebis . Vale .

A R G. Dolabella Appium accusauerat , eoque ipso tem-
pore Ciceronis filiam duxerat uxorem . id faciun a suis se-
insciiente coaatur Cicero probare , & in hanc sententiam
multa colligit .

Cicero

Cicero imp. s.d. Ap. Pulchro. 10

CVM est ad nos allatum de temeritate eorū ,
 qui tibi nēgotium facesserent ; etsi grauiter pri-
 mo nuncio commotus sum , quod nihil tam p̄iae-
 ter opinionem meam accidere potuit ; tamen ,
 ut me collegi , cētera mihi facillima uideban-
 tur ; quod & in te ipso maximam spem , & in
 tuis magnam habebam ; multaq. mihi uenie-
 bant in mentem , quamobrem istum laborem ti-
 bi etiam honōri putarem fore : illud plane mo-
 leste tuli , quod certissimum , & iustissimum
 triumphum hoc inuidorum consilio esse tibi ēre-
 ptum uidebam . quod tu si tanti facies , quanti
 ego semper iudicavi faciendum esse : facies sapien-
 ter , & ages uictōr ex inimicorum dolore trium-
 phum iustissimum . ego enim plane uideo fore ner-
 uis , opibus , sapientiaq. tua , uhementer ut ini-
 micos tuos paeniteat intemperantia esuae . De me
 tibi sit , contelans omnes deos , promitto , atque
 confirmo : me pro tua dignitate (malo enim dice-
 re , quam pro salute) in hac prouincia , cui tu
 praefunsti , rogando , deprecatoris ; laborando ,
 propinqui ; auctoritate ; cari hominis , ut spero ,
 apud ciuitates ; grauitate , imperatoris susceptu-
 rum officia , atque partes . omnia uolo a me & po-
 stules , et expectes . uincam meis officijs cogitatio-
 nes tuas . Q. Seruilius perbreues a te mihi litte-
 ras reddidit : quae mihi tamen nimis longae uisae
 sunt . iniuriam enim mihi fieri putabam , cum ro-

lenius , quam si
 dixerit , qui te
 accusarent .

i. quod attinet
 ad crimina tib⁹
 obiecta .

in aduersis enī
 uirtus maxine
 perspicitur .
 uide ep. 9. lib. §

absolutus .

ne quis teftis
 contra te Ro-
 manum ueniat .

ponderis enim
 plus habebunt
 officia mea , ob
 auctam mihi ex
 imperatoris no-
 minedignitate .

gab. ir.

sacerum filiae
tuæ. ep. 4.
generū tuum.
ep. 4.

Ciceronis lega-
tus. ep. 4. & ad
Att. ep. 16.1.4

ut in prouincia
operam daret,
ne quis Româ
ad testimoniu-
m contrâ te ueni-
ret.

de Appio censo
re ep. 13.1.8.

ad Planci, Nec
miror, & gau-
deo. ep. 1.1.10.

gar. nolle accidisset tempus, in quo perspi-
cere posse, quanti ego te, quanti Pômpheim,
quem unum ex omnibus facio, ut debedo, pluri-
mis, quanti Brûtum ficerem: quamquam in con-
suetudine quotidiana perspexisse, sicuti perspi-
cies: sed quoniam accidit; si quid a me pretermis-
sum fuerit, commissum facinus, & admissum de-
decus confitebor. Pôntinius, qui a te tractatus
est praestanti, ac singulari fide, cuius tui benefi-
cijs sum ego testis, praestat tibi memoriam, bene-
uolentiamque, quam debet: qui cum, maximis
rebus suis coactus, a me inuitissimo deceffisset; ta-
men, ut uidit tua interesse, descendens iam na-
uem Epheso Laodiceam réuertit. talia cum te su-
dia uideam habiturum esse innumerabilia; plane
dubitare nō possum, quintibi amplitudini ista sol-
licitudo futura sit. si uero efficis, ut censores cre-
entur; & si ita gesseris censuram, ut & debes,
& potes: non tibi solum, sed tuis omnibus video
in perpetuum summo te praesidio futurum. Il-
lud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis
prorogetur, ut, cum hic tibi satisficerimus,
istic quoque nostram in te beneuolentiam nauare
possimus. Quae de hominum, atque ordinum o-
mnium erga te studijs scribis ad me, minimè mi-
hi miranda, & maxime iucunda acciderunt: ea-
demq. ad me perscripta sunt a familiaribus meis.
itaque capio magnam uoluptatem, cum tibi,
cuius mihi amicitia non solum ampla, sed etiam
incun-

iucunda est, ea tribui, quae debeantur; tum uero etiamnum remanere in ciuitate nostra studia prope omnium consensu erga fortis, & industrios viros: quae mihi ipsi una semper tributa merces est laborum, & uigiliarum mearum. Illud uero mihi permirum accidit, tantam temeritatē fuisse in eo adolescentे, cuius ego salutem duobus capitis iudicis summa contentione defendi, ut, tuis inimicitijs suscipiendis, obliuisceretur patroni omnium fortunarum, ac rationum suarum; præsertim cum tu omnibus uel ornamentijs, uel præsidij redyndares, illi (ut leuissime dicam) multa decessent: cuius sermō stultus & puerilis erat iam antea ad me a M. Coelio, familiari nostro, perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, ueterem coniunctionem diremissem, quam nouam conciliafsem. neque enim de meo erga te studio dubitare debes: neque id est obscurum cuiquam in prouincia, nec Romae fuit. sed tamen significatur in tuis litteris suspicio quaedam, & dubitatio tua: de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. Vbi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus Romanam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo potui, si te palam odisssem, minus quod tibi obesseret, facere? si clam, magis aperte inimicus essem? Quod si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui in

nos

hoc addidit, ne
uideatur cum
diligere dumta
xat utilitatis
causa.

Dolabella.

quem tuī esse
avanti simum,
non ignoraret.

iactabat, illam
accusationem
a Cicerone pro
bari, quod sibi
en pso tempo
re filiam colle
casset.

classis niggard
.

ne satis graue
ex accusatione
curam sustineat
ti ha nc etiam
malestiam ad
deret.



E P I S T . L I E . III.

Stultū est enim nos haec conferunt : tamen ea stultitia certe non ostendere uolū: rātem nocendi, fuisse, ut aut in obscuro odio apertas inimici in quo nocere tias, aut , in quo tibi nihil nocerem , summam ostenderem uoluntatem nocendi. Ad me adire quos

dam memini , qui dicerent , nimis magnos sum

ingeniose, quia ptus legatis decerni . quibus ego non tam impēra & amicitiae parcit, cum nō imperat ; & legis rationē habet, cum cēset.

ui, quam cēnsui : sumptus legatis quam maxime ad legem Corneliam decernendos . atque in eo ip-

so me non perseverasse , testes sunt rationes ciuitatum : in quibus, quantum quaeque uoluit lega-

tis tuis datum , induxit . Te autem quibus mendacijs homines leuissimi onerarunt ? non modo su-

blatos sumptus , sed etiam a procuratoribus eo- rum, qui iam profecti essent, repetitos , & abla-

tos ; eamq. caussam multis omnino non eundifuis

quod aures ijs praeberis. ep. 8. se . Quererer tecum, atque , expostularem , ni-

si , ut supra scripsi , purgare me tibi hoc tuō tem-

cum sis reus . pore , quam accusare te , mallem , idq. putarem

esse rectius . itaque nihil de te , quod , credide-

ris ; de me , quamobrem non debueris credere , pauca dicam , nam si me uirum bonum , si dignum

ijs studijs , eaq. doctrina , cui me a pueritia dedi , si satis magni animi , non minimi consilij in ma-

a sua persona . ximis rebus perspectum habes : nihil in mē non modo perfidiosum , & insidiosum , et fallax in ami-

citia , sed ne humile quidem , aut ieustum debes agnoscere . sin autem me astutum , & occultum lubet fingere: quid est , quod minus cadere in eius-

a persona Ap- modi naturam possit , quam aut florentissimi bo-

pii . minis



minis aspernari benevolentiam; aut eius existimatio
nem oppugnare in prouincia, cuius laudem do
mi defendaris; aut in ea re animum ostendere ini-
micūm, in qua nihil obsis; aut id eligere ad per-
fidiam, quod ad indicandum odium apertissimum
sit, ad nocendum leuissimum? Quid erat autem,
cur ego in te tam implacabilis essem, cum te ex ab ingrati ami-
ci crinice.
fratre meo ne tunc quidem, cum tibi prope ne-
cessē esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse
cognouissem? cum nero redditum nostrum in gra-
tiam uterque expetisset: quid in consulatu tuo fru-
stra mēcum egisti, quod me aut facere, aut sen-
tire uoluisses? quid mihi mandaſti, cum tē Pu-
teolis prosequerer, in quo non exspectationem
tuam diligentia mea uicerim? Quod si id est ma-
xime astuti, omnia ad suam utilitatem referre:
quid mihi tandem erat utilius, quid commodis ab utili,
meis aptius, quam hominis nobilissimi, atque ho-
noratissimi coniunctio, cuius opes, ingenium, li-
beri, affines, propinqui mihi magno uel ornamen-
to, uel praesidio esse possent? quae tamen ego o-
mnia in expetenda amicitia tua, non astutia qua-
dam, sed aliqua potius sapientia secutus sum.
Quid illa uincula, quibus quidem libentissime ad-
stringor, quanta sunt? studiorum similitudo, suau-
tas consuetudinis, delectatio uitae, atque ui-
ctus, sermonis societas, litterae interiores. At-
que haec domestica. Quid illa tandem popularia?
reditus illustris in gratiam; in quo ne per im-
prudentiam

a constantia
sua.

enuntē in pro-
uinciam.

Pompeius ma-
xime, & Bru-
tus, ep. 4.

a studiis, a com-
fuetudine, a lit-
teris.

ep. ult. lib. 7.

ab hominum
opinione.



EPIST. LIB. III.

erat uterque
augur. ep. 4.

a Cn. Pompeii
persona. ep. 4.

praesertim bello
Mithridati-
co.

quia suspicio
fuit, confine Ci-
ceronis Clodiu-
a Milone occi-
sum.

Lycaonia perti-
nebat ad impe-
riū Ciceronis.
Op. 5. & 6. & ad
Att. ep. 15. l. 5.

prudentiam quidem errari potest sine suspicione perfidiae; amplissimi sacerdotij collegium, in quo non modo amicitia violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. Quae ut omittam tam multa, atque tanta; quis umquam tam i quemquam fecit, aut facere potuit, filiae tuae? etenim, si merita ualent: patriam, liberos, salutem, dignitatem, memet ipsum mihi per illum restitutum puto. si consuetudinis iucunditas: quae fuit umquam amicitia consularium in nostra ciuitate coniunctior? si illa amoris, atque officij signa: quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit? quid de se in senatu, cum ipse abesset, per quemquam agi maluit? quibus ille me rebus non ornatissimum uoluit amplissime? qua denique ille facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, aduersantem interdum actionibus suis? quo studio prouidit, ne qua me illius temporis iniuria attingeret; cum me consilio, cum autoritate, cum armis denique texit suis? quibus quidem temporibus haec in eo grauitas, haec animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut Lycäoni, quod tu in legatis fecisti, sed ne summorum quidem hominum malevolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius cum sit gener tuus; cumque, praeter hanc coniunctionē affinitatis, quam

quam sis Cn. Pompeio carus, quamq. iucundus, intelligam: quo tandem animo inte esse debeo? cum praesertim eas ad me is litteras miserit, qui bus, etiam si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, totumq. me ad eius uiri, ita de me meriti, uoluntatem, nutumq. conuerterem. Sed haec hactenus: pluribus enim etia for tasse uerbis, quam necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea, quae a me perfecta, quaeq. instituta sunt, cognosce. atque haec agimus, & agemus magis prodignitate, quam pro periculo tuo. te enim, ut spero, propediem censorem audiemus: cuius magistratus officia, quae sunt maximi animi, summiq. consilij, tibi diligentius, & accuratius, quam haec, quae nos de te agimus, cogitanda esse censeo. Vale. *

A R G. Acceptis ab Appio litteris de absolutione maiestatis, gratulatur maiorem in modum, & de ambitus iudicio bene illi sperandum significat.

Cicero imp. s.d. Ap. Pulchro,
ut spero, censori.

Cum essem in castris ad fluuium Pyramum, redditae mihi sunt uno tempore ate epistolae duae, quas ad me Q. Seruilius Tarso miserat. earum in altera dies erat adscripta nonarum Aprilium; in altera, quae mihi recentior uidebatur, dies non erat. respondebo igitur superiori prius: in qua scribis ad me de absolutione maiestatis. de qua etsi permultum ante certior factus eram litteris, nuncijs, fama denique ipsa: (nihil enim fuit cla-

qui & ipse au gurerat. Phil. 2.

in prouincia, quae ad Appii, a Dolabella ac cusati, absolu tionem pertine rent.

opinor hic ad iuncta fuisse, quae dixit a se perfecta, & in stituta.

Ciliciae fluui um. Mela I. 1.
Arrianus, Curtius.

quo crimine eū accusauerat Do labella.

H rius:



EPIST. LIB. III.

rius: non quo quisquam aliter putasset: sed nihil
necessaria disti
deo. nam etia,
insignis latro, let) tamen eadem illa laetiora fecerunt mihi tua
dicitur: sic in
oratore: Insi
gna ad maxi
mam laudem.

gratulari signi
ficantius non
potuit.
vide modestam
arrogantiam.

de quo nō dum
erat absolutus.

Syllae lex de
maiestate.
ambitus est, cū
honores pecu
nia quaeruntur.

ad homines, quos
honestos, iungendos
et honorabil
eundem etiam
nam neque ti
midia probitas,
neque impro
ba fortitudo
utilis recip.

de insignibus ad laudem uiris obscurare nunciari so
lita: non solum; quia planius loquebantur,
et uberiorius, quam uulgi sermo: sed etiam, quis
magis tibi uidebar gratulari, cum de te ex te ipso
audiebam. Complexus igitur sum cogitationem
absentem, epistolam uero osculatus, etiam ipsi
mihi gratulatus sum. quae enim a cuncto popu
lo, a senatu, a iudicibus ingenio, industriae, in
tuti tribuuntur: quia mihi ipse assessor fortasse
cum ea esse in me fingo; mihi quoque ipsi tribu
puto: nec tam gloriosum exitum tui iudicij exst
uisse, sed tam prauam inimicorum tuorum men
tem fuisse mirabar. De ambitu uero quid inter
est, inquires, an de maiestate? ad rem nihil: alle
rum enim non attigisti, alteram auxisti: uerum
tamen est maiestas, ut Sylla uoluit, ne in quem
uis impune declamare liceret. ambitus uero illi
apertam uim habet, ut aut accusetur improbe
aut defendatur. qui enim facta, aut non fa
cta largitio ignorari potest? tuorum autem homi
num cursus cui suspectus umquam fuit? mem
rium, qui non affuerim. quos ego risus excitasse
Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis lit
ris incundissima fuerunt: unum, quod te ab
rep. defensum scribis; quae quidem etiam
summa bonorum, et fortium ciuium copiam
ii tales uiros deberet; nunc uero eo magis, quo
tan

tanta paenuria est in omni uel honoris, uel aetatis gradu, ut tam orba ciuitas tales tutores comple-
eti debeat: alterum, quod Pōmpeij, & Brūti fi-
dem, benevolentiamq. mirifice laudas. Laetor
uirtute, et officio cum tuorum necessariorū, meo
rum amicissimorum, tum maxime alterius o-
mnium saeculorum, & gentium principis, al-
terius iampridem iuuentutis, celeriter, ut spe-
ro, ciuitatis. De mērcenarijs testibus a suis ciui-
tatibus notandis, nisi iam aliquid factum est per
Flaccum, fiet a me, cum per Asiam decedam.
Nunc ad alteram epistolam uenio. Quod ad me
quasi formam communium temporum, & totius
reip. misisti expressam: prudentia litterarum tua-
rum ualde est mihi grata. video enim & pericula
leuiora, quam timebam, & maiora praesidia; si-
quidem, ut scribis, omnes uires ciuitatis se ad
Pōmpeij ductum applicauerunt. tuumq. simul
promptum animum, & alacrem perspexi ad de-
fendendam rēmp. mirificamq. cepi uoluptatem
ex hac tua diligentia; quod in summis tuis oc-
cupationibus mihi tamen reip. statum perte no-
tum esse uoluisti. Nam augurales libros ad com-
mune utriusque nostrum otium serua. ego enim a
te cum tua promissa per litteras flagitabam, ad
urbem te otiosissimum esse arbitrabar. nunc tamē,
ut ipse polliceris, pro auguralibus libris oratio-
nes tuas confectas omnes exspectabo. Tullius, cui
mandata ad me dederas, non conuenerat me:

epist. 4.

qui mercede ad
ducti ex Asia ue-
nerant ad testi-
monium in Ap-
pium dicendū.

emergebat ciui-
le bellum.

quam Pompe-
ius, affinis Ap-
pii, defendere
putabatur.
ep. 9. h. l. & ad
Act. lib. x.

non, ut postea
cognoui, accu-
sationis cura
impeditum.

H 2 nec



E P I S T . L I B . III.

epist. 8.

accusaui enim,
nō quod impro-
bus essem, sed
quod improbis
crederes.

Appio Caeco
qui censuram
egregie gessit.

sed antiquior,
quam proanus.

A R G . Gratulatur de absolutione ambitus: &, querente
Appio, quod accusatori suo Dolabellae filiam collocari
uide scholium . ostendit , id se insc ente per suos factum .

Cicero imp. s. D. Ap. Pulchro .

G R A T V L A B O R tibi priūs; (ita enim re-
rum ordo postulat) deinde ad me conuertar . Ego
uero uehementer gratulor de iudicio ambitus;
neque id, quod nemini dubium fuit , absolutum
te esse ; sed illud, quod, quo melior ciuis , quo
uir clarior , quo fortior amicus es , quoq. plu-
ra uirtutis , industriae ornamenta in te sunt , eo
mirandum est magis nullam ne in tabellae qui-
dem latebra fuisse absconditam malevolentiam ,
quae te impugnare auderet . non horum tempo-
rum , non horum hominum , atque morum nego-
tium . nihil iam sum pridem admiratus magis .

De

in tabella po-
test latere male-
uolentia : ideo
dixit , tabellae
latebra .

De me autem suscipe paullisper meas partes , &
 eum te esse finge , qui ego sum. si facile inueneris ,
 quod dicas ; noli ignoscere haesitationi meae .
 Ego uero uelim mihi , Tulliaeque meae , sicut tu
 amicissime , & suauissime optas , prospere eueni-
 re eā , quae me insciente facta sunt a meis : sed
 ita cecidisse , ut agerentur eo tempore , spero omni-
 no cum aliqua felicitate , & opto ; ueruntamen
 plus me in hac spe tua sapientia , & humanitas
 consolatur , quam opportunitas temporis . ita-
 que , quemadmodum expediam exitum huius in-
 stitutae orationis , non reperio . neque enim tri-
 stius dicere quidquam debeo ēa de re , quam tu ipse
 omnibus optimis prosequeris . neque non me ta-
 men mordet aliquid : in quo unum non uereor , ne
 tu parum perspicias , ea , quae gesta sunt , ab alijs
 esse gesta , quibus ego ita mandaram , ut , cum
 tam longe absfuturus essem , ad me nē referrent ,
 agerent quod probassent . In hoc autem mihi il-
 lud occūrrit : quid tu igitur , si affuiisses ? rem pro-
 bassem : de tempore , nihil te inuito , nihil sine
 consilio egissem tuo . Vides sudare me , iamdu-
 dum laborantem , quo modo ea tuear , quae mi-
 bi tuenda sunt , & te non offendam . leua me igi-
 tur hoc onere : numquam enim mihi uideor tra-
 Etasse caussam difficultorem . sed tamen sic habeto :
 nisi iam tunc omnia negotia cum summa tua di-
 gnitate diligentissime confecisset : tametsi nihil
 uidebatur ad meum erga te pristinum studium

respōsio ad que
 relam de nu-
 ptiis Tulliae .

quod accusato-
 ri tuo nūpserit .

de his nuptiis .

a M. Coelio .
 uide ep. 9.1.8.

falsum . nam re-
 tulit ad eū Coe-
 lius . ep. 9.1.8.
 obiectio cum
 dissolutione .

cum mihi haec
 affinitas est re-
 nunciata .

EPIS T. LIB. III.

addi posse; tamen, hac mihi affinitate renunciata, non maiore equidem studio, sed acrius, aperius, significantius dignitatem tuam defendissem.
annusi erat pro vinciarum imperium lege SE pronia in orat. pro domo sua, & hic, ep. 7.1.1. d'cedenti mibi, & iam imperio anno terminato, ante diem 111. non. Sext. cum ad Sidam nui accederem, & mecum Q. Seruilius esset, litterae a meis sunt redditae. dixi statim Seruilio, (etenim uidebatur esse comotus) ut omnia a me maiora exspectaret. quid multa? benevolentior tibi, quam fui, nihil sum factus, diligentior quidem ad declarandam benevolentiam multo. nam ut uetus nostra similitas antea stimulabat me, ut cauerem, ne cui suspitione ficte reconciliatae gratiae darem: sic affinitas nouam curam mihi afferat cauendi, ne quid de summo meo erga te amore de tractum esse uideatur. Vale.

A R G. Agit gratias Appio, quod amicos suos in supplicationibus tibi decernendis studiose transisset: periaq. illi officia pollicetur, quamquam ficer Dolabellae fit, qui de maestate, & ambitu illum accusauerat.

Cicero imp. s. d. Ap. Pulchro. 13

in supplicationi

bus. Q V A S I diuinarem, tali in officio fore mihi aliquando exspectandum studium tuum; pro quibus de sic, cum de tuis" rebus gestis agebatur, inseruiebam honori tuo. dicam tamen uere: plus, qua supplicationes. acceperas, reddidisti. quis enim ad me non perscrispit, teno solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego a tali uiro contentus eram, qua supplicatione. Ciceroni decreuit. sed



sed etiam opera, consilio, domum ueniendo, conueniendis meis, nullum onus officij cuiquam reliquum fecisse? haec mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quae haec laborantur.

I N S I G N I A enim uirtutis multi etiam sine iuritate afferuntur: talium uirorum tanta studia asequi sola uirtus potest. itaque mihi propono fructum amicitiae nostrae ipsam amicitiam, qua nihil est uberior, praesertim in iis studijs, quibus uterque nostrum distinctus est. nam tibi me profiteor & in rep. socium, de qua idem sentimus; et in quotidiana uita coniunctum cum iis artibus, studijsque, quae colimus. uelim ita fortuna tulisset, ut, quanti ego omnes tuos facio, tantum tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio quae permotus animi diuinatione, non despero. sed hoc nihil ad te: nostrum est onus. illud uelim sic habeas, quod intelliges; hac re nouata, additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quam quidquam esse detractionum. Cum haec scribebam, censem iam te esse sperabam: eo brevior est haec epistola, & ut aduersus magistrum morum, modestior. Vale.

pluris animus
Appij, facit
quam ipsas sup
plicationes, si
milia sententia
lib. 1. de leg.

in qua mihi sunt
omnia; fructum
uerò nullum
præterea spe-
cto.
eadē metaphorā
rus usus est epx.

hoc dicit pro-
pter generum
suum Dolabel-
lam, Appij ac-
cusatorem.
quod mihi Do-
labellam affini-
tate deuinxe-
rim.

quasi epistola
coram censore
loquatur.

CICERONIS EPISTOLARVM,
AD SVLPLICIVM, ET ALIOS,
LIBER IV.

ARGUMENTVM.

Satis patebit huius epistolae argumentum, si lector sciat scriptam esse, cum Cæsar, pulso ex Italia Pompeio, bellum contra Pompeii legatos in Hispaniam pararet. respondet Sulpicio congressum petenti.

M. Cicero s. d. Ser. Sulpicio.

iurisconsultus,
ad quem libros
Topicorum mi-
git.

alibi dixit, sal-
ua republica,
etdem sensu, &
de re priuata,
epist. 30. l. 7.

Suetonius in
Cæsare.

ex prouincia re
uersus.

ep. 14. h. 1. & 21.
1. 6. & 6. lib. 9.

& 10. l. 16.
sublata concor-
diae spe.

ut in his mis-
tis quam licet

TREBATICVS, familiaris meus, ad
C. me scripsit, te ex se quaesisse quibus in

locis essem; molesteq. ferre, quod me pro
pter ualentudinem tuam, cum ad urbem accessis-
sem, non uidisses; & hoc tempore uelle tecum, si proprius accessissim, de officio utriusque nostrum
communicare. Utinam serui saluis rebus (sic e-
nim est dicendum) collo qui potuissimus inter nos:
profecto aliquid opis occidenti reip. tulissimus. co
gnoram enim iam absens, te haec mala multo ante
prudentem, defensorem pacis, & in consulatu
tuo, et post consulatum fuisse. ego autem cum consi
lium tuum probarem, & idem ipse sentirem, ni
hil proficiebam. sero enim uenieram: solus eram:
rudis esse uidebar in causa: incidera in hominum
pugnandi cupidorum insanias. nunc, quoniam ni
hil iam uidemur posse opitulari reip. si quid est in
quo nobis met ipsis consulere possimus, non ut ati-
quid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut
quam honestissime lugeamus; nemo est omniū, qui
cum

